**STUDI RICERCHE E APPROFONDIMENTI**
**AVV. CARMINE ALVINO**

# SAN MICHELE ARCANGELO DEFINITO "UNO DEI SETTE SPIRITI" NELL'AGIOGRAFO DI MONT SAINT MICHEL

*****

**Il culto di San Michele Arcangelo, presenta uno straordinario luogo di devozione nel celebre Mont Saint Michel, fondato a seguito delle apparizioni ricevute da Sant' Uberto di Avranches.**

**Mont Saint Michel,** è un piccolo isolotto granitico che sorge sulla costa nord della Francia, appena oltre il confine che dalla Bretagna porta in Normandia, in una radura sabbiosa che si allunga per oltre un chilometro verso l'oceano.

Il vescovo di Avranches sant'Aubert nel 708 circa ebbe in tre apparizioni chiare direttive da San Michele Arcangelo di edificare una chiesa su quella specie di monte che si ergeva sulle acque.

Il vescovo ignorò tuttavia per due volte la richiesta finché **San Michele non gli bruciò il cranio con un foro rotondo provocato dal tocco del suo dito**, lasciandolo tuttavia in vita.

Il cranio di Sant'Uberto con il foro è ancora conservato nella cattedrale di Avranches.

Così egli racconta direttamente l'accaduto:

"*Cari fratelli, il motivo per il quale vi ho convocati oggi sarà di grande gioia per questo nostro paese, però sarà di timore e di spavento per me. Una sera, mentre tentavo con fatica di prendere un po' di riposo, mi apparve in sogno l'Arcangelo San Michele, il quale mi chiese di costruirgli un tempio sul monte Tomba, perché voleva esservi onorato come lo era sul Monte Gargano. Mi svegliai di soprassalto e rimasi pensieroso a causa della visione. Dopo molte esitazioni, decisi di non pensarci più , perché, a parer mio, poteva essere l'effetto di un'illusione. Passati alcuni giorni, di nuovo mi apparve l'Arcangelo. Questa volta il suo atteggiamento era quanto mai severo. Mi disse che era sua volontà che gli venisse costruito il tempio nel luogo stabilito la prima volta e che gli dovevo obbedire senza ritardo. Tali parole mi impressionarono profondamente. Non potei chiudere occhio per il resto della notte. Perciò, mi misi a pregare Dio e a supplicarlo di chiarirmi la sua Volontà. Quindi mi venne in mente la parola dell'Apostolo Giovanni, quella di mettere alla prova gli Spiriti, per verificare se sono mandati da Dio. Né mi accontentai di pregare più intensamente la divina Maestà. Intrapresi digiuni e veglie più del solito, soccorsi i poveri con solertissima cura, come forse lo avete notato in questi ultimi tempi. Nutrivo infatti la speranza che, mediante le preghiere dei poveri, avrei ottenuto quello di cui i miei peccati mi rendevano indegno. Ieri, a letto, non riuscivo ad addormentarmi tanto mi tormentava il pensiero di queste visioni. Finalmente, vinto dalla stanchezza, fui preso dal sonno. Vidi una volta ancora l'Arcangelo. Mi rimproverò con forza per la mia incredulità, e , con il dito mi toccò la testa. Mi fece questo buco che voi potete constatare. Gli chiesi allora, al colmo dello spavento, in quale punto preciso del Monte Tomba desiderava che gli fosse eretto il suo tempio. Mi disse sul luogo in cui avrei trovato un toro legato ad una catena. Mi spiegò che quell'animale era stato rubato poco prima e lasciato lì, sul monte, in attesa di venir portato alla casa del ladro. L'Arcangelo mi obbligò di liberare il toro e di portarlo dal suo proprietario. San Michele mi disse finalmente che, per quanto riguardava le dimensioni del tempio, le tracce lasciate dei piedi del toro me le avrebbero indicate".*

**Al di là dell'episodio mistico l'agiografo dell'apparizione , circa del IX secolo, presenta una significativa dicitura con cui appella il Santo Arcangelo Michele.**


INCIPIT REVELA
TIO ECCLE SCI
MICHAELIS ARCHAN
GELI · IN MONTE QUI
DICITUR TUMBA
INCCIDUIS PAR
TIB: SUB
CHILDEBERTO REGE
FRANCORU· ET
AUTBERTO EPO:

Incipit revelatio ecclesiae Sancti Michaelis archangeli in Monte qui dicitur Tumba in occiduis partibus sub Childeberto rege Francorum et Autberto episcopo.

I.

Postquam gens Francorum Christi gratia insignita longe lateque undique per provincias superborum colla perdomuisset, Childeberto, piissimo principe, monarchiam totius occidui et septentrionis necnon meridiei partes strenue gubernante, quia omnipotens Deus non solum in omnibus gentibus verum etiam in omnibus mundi partibus quem ipse fecit per subjectorum spirituum agmina principatur, **beatus Michael archangelus, unus ex septem in conspectu Domini semper assistentibus** qui etiam et paradisi praepositus salvatorum animas in pacis regione collocaturus legitur, post eam manifestationem qua se in Monte Gargano ad adorandum ac glorificandum quomodo et qualiter voluit, sicut in scriptis habetur, ostendit, his, ut comprehensum est, per beatum archangelum patratis, illuminatis Christi gratia cunctis gentibus in orientalibus Romaniae partibus, accipe quibus sese indiciis manifestare idem beatissimus princeps supernorum civium voluerit praesulem occidentalium populorum, ut, qui quondam benedicto in Patriarchis populo Israhelitico defensionis attribuerat opem, ipse custos existeret ac praevius vocatis filiis per adoptionem.

II.

Namque legitur in visione Danihelis prophetae dicente eidem angelo: « Nemo est adjutor meus in omnibus his nisi Michael archangelus princeps vester ». « Princeps », inquit, « vester », populi videlicet Judaeorum. Christo vero domino in propria veniente atque, a suis non recepto quin potius prodito, ipso ad Patrem | remeante, dum aboletur observatio priscae legis, constabilitur adnuntiationis Evangelicae admirabile sacramentum, dum, exeunte per omnem terram sono apostolorum, caerimoniae transferuntur sacrorum per ministeria angelorum.



181

DOSTQUAM
GENS FRANCORŪ
XPI GRATIA IN
SIGNITA LONGE
LATEQ VNDIQ
PER PROVIN
CIAS SUPER
BORUM COLLA
PER DOMUS

childeberto piissimo
principe monarchiā
totius occidui et
septē trionis necnon
et meridiei partes
strenue gubernante.
quia omnīs dī non
solū inomīb; gentib;
uerū etiā inomnib;
mundi partib; quē
ipse fecit psubiecto
rū spirituū agmina
principatur. beatus michael
archangelus unus ex
septē inconspectu
dnī semp assisten
tū. qui etiā et pa
radīsi prepositus
saluatorū animas
in pacis regione col
locaturus legitur.

Michele è dunque definito come «uno dei sette che assistono sempre innanzi al Signore» e sotto tale presupposto, si realizza la successiva apparizione a beneficio di San'Uberto. L'accostamento al libro di Daniele, rende palese che in tale affermazione, riecheggiano anche qui primi principi di Dn 10.13, superiori a tutti gli altri, secondo il sentimento di Clemente di Alessandria.

istuc inducerentur monachi, hoc est ante annum 960. Et quidem codex noster Sancti Germanensis quo usi sumus, scriptus fuit jussu Adraldi, anno 1060 abbatis cœnobii sancti Germani de Pratis, uti faciunt fidem hi versus ab Ingelardo monacho exscriptore exarati :

Abbatis domni nutu prohibitate decori
Adraldi, monachus quidam prior arte modestus,
Libris intentus, horum reparator amœnus
Segwinus, scribi librum præceperat istum.
Quem si quis tulerit, maledictus fine peribit.
Hunc Ingelardus decoravit scriptor honestus.

Præter hanc anonymi lucubrationem, est et alia ejusdem argumenti scriptio in bibliotheca cœnobii sancti Michaelis, quibusdam locis interpolata.

## INCIPIT
## DE APPARITIONE S. MICHAELIS.
### CAPUT PRIMUM.

*Regnante Childeberto rege apparet sanctus Michael in Gallia, Synagogæ quondam, nunc Ecclesiæ patronus.*

Postquam gens Francorum Christi gratia insignita longe lateque undique per provincias superborum colla perdomuisset, Childeberto rege monarchiam totius occiduæ et septentrionis, necnon et meridici partis strenue gubernante, quia omnipotens Deus non solum in omnibus gentibus, verum etiam in omnibus mundi quem ipse fecit subjectorum spirituum partibus principatur; beatus archangelus unus ex septem in conspectu Domini semper assistentibus, qui etiam et paradisi præpositus salvatorum animas in pacis regione collocaturus legitur, post eam manifestationem qua se in [a] monte Gargano ad adorandum ac glorificandum quomodo et qualiter voluit, sicut in scriptis habetur, ostendit; his, ut comprehensum est, per beatum archangelum patratis, illuminatis Christi gratia cunctis gentibus, in orientalibus Romaniæ partibus accipe quibus sese indiciis manifestare idem beatissimus princeps civium supernorum voluerit præsulem occidentalium populorum : ut qui quondam benedicto in patriarchis populo Israelitico defensionis attribuerat opem, ipse custos existeret ac prævius vocatis filiis per adoptionem. Namque legitur in visione Danielis prophetæ dicente eidem angelo : *Nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael archangelus princeps vester* (*Dan.* x, 21). Princeps, inquit, vester, populi videlicet Judæorum. Christo vero Domino in propria venienti, atque a suis non recepto, quin potius prodito, ipso ad Patrem remeante, dum aboletur observatio priscæ legis, constabilitur annuntiationis evangelicæ admirabile sacramentum, dum exeunte per omnem terram sono apostolorum, cæremoniæ transferuntur sacrorum per ministeria angelorum. Aiunt etenim historiæ ecclesiasticæ quod post passionem et ascensionem Domini ad cœlos, post diu exspectatam Israelitarum plenitudinem, cum appropinquaret tempus desolationis civitatis et templi quam Salvator sacro venturum prænuntiaverat eloquio cum fletu humanitatis, Ecclesia apud Hierosolymam monitu Divinitatis per cunctum orbem gentibus evangelizatura diffunditur. Cumque congregatus undique ex omnibus locis populus Paschalis festivitatis præstolaretur diem, sacerdotibus solitas excubias observantibus, voces subitas vigiles audivit dicentes : Migremus ex his sedibus. Voces vero subito per angelos emissæ, quæ enuntiaverunt beatorum spirituum demigrationem, angelicum ministerium insinuarunt ad Ecclesiam gentium transferendum. Ex quibus patenter insinuatur quod beatus Michael archangelus ministerium quod exercuerat in Dei quondam populum, eumdem sortitus sit apud gentium electionem. Hæc ita esse devotio credit fidelium propter ostensionem signorum. Notum enim se fieri voluit mortalibus ætatis nostræ temporibus, quo se humanum genus in electorum spirituum societate cognosceret devocatum. Denique advertendum est quo mysterio locum mortalibus præviderit in partibus occiduis, ubi ex omni orbe confluit veneranter angelicum imprecatura subsidium religiosa multitudo fidelium.

### CAPUT II.

*De situ loci.*

Hic igitur locus [b] Tumba vocitatur ab incolis, ideo quod in morem tumuli quasi ab arenis emergens in altum, in spatio ducentorum cubitorum porrigitur, Oceano undique mari cinctus locus, angustum admirabilis insulæ præbet spatium inter ostia situs, ubi immergunt se mari flumina Segia [*Al.*, Sei; *vulgo* Sée], necnon et Senuna (*Selune*); præbens quoque habitantibus hinc inde non breve nimium spatium. Longitudine vero ac latitudine a radice qua prominet non multum distat (ut conjicitur) ab eo opere quo salvatum, imo servatum est humani generis incrementum (*Id est*, area Noemi). Qui ab Abrincatensi urbe (*Avranches*) sex distans millibus, occasum prospectans, Abrincatensem pagum dirimit a Britannia. Nulla ibi exerceri valet actio mundalis; his solis congruus exstat locus, qui Christum sedule venerari disponunt : et hos suscipit, quos ad æthera ardens virtutum amor evehit. Copia tanta piscium ibidem reperitur, quæ plerumque fluminum marisque infusione congeritur. Procul vero cernentibus nihil aliud fore quam spatiosa quædam, imo speciosa turris videtur. Sed et mare recessu suo devotis populis his inde desideratum iter præbet beati petentibus limina archangeli Michaelis, qui primum locus, sicut a veracibus cognoscere potuimus narratoribus, opacissima silva claudebatur longe [c] ab Oceani (ut æstimatur) æstu millibus distans sex, altissima præbens latibula ferarum. Et quia secretiora cœli per contemplationem subtilita-

[a] Mons Garganus sexto milliari distat a Siponto novo seu Manfredonia, Apuliæ urbe maritima, Gelasio I summo pontifice sancti Michaelis archangeli apparitione et cultu consecratus.

[b] Montem *ad duas Tumbas* appellant Odo abbas Glannafoliensis in epistola ad Adelmodum, et alii quidam, ob duas videlicet montis crepidines, de quibus infra. Hic mirari subit audaciam pseudo-chronologi sub nomine et larva Lucii Dextri, qui hæc omnia ad Hispaniam detorquet, ad annum Christi 526.

[c] Codex Chesnianus habet : *ab Oceano (ut æstimatur) octo millibus distantibus*, etc.

istue inducerentur monachi, hoc est ante annum 960. Et quidem codex noster Sancti Germanensis quo usi sumus, scriptus fuit jussu Adraldi, anno 1060 abbatis cœnobii sancti Germani de Pratis, uti faciunt fidem hi versus ab Ingelardo monacho exscriptore exarati :

Abbatis domni nutu probitate decori
Adraldi, monachus quidem prior arte modestus,
Libris intentus, horum reparator amœnus
Sigwinus, scribi librum præceperat istum.
Quem si quis tulerit, maledictus fine peribit.
Hunc Ingelardus decoravit scriptor honestus.

Præter hanc anonymi lucubrationem, est et alia ejusdem argumenti scriptio in bibliotheca cœnobii sancti Michaelis, quibusdam locis interpolata.

## INCIPIT
## DE APPARITIONE S. MICHAELIS.
### CAPUT PRIMUM.

*Regnante Childeberto rege apparet sanctus Michael in Gallia, Synagogæ quondam, nunc Ecclesiæ patronus.*

Postquam gens Francorum Christi gratia insignita longe lateque undique per provincias superborum colla perdomuisset, Childeberto rege monarchiam totius occiduæ et septentrionis, necnon et meridiei partis strenue gubernante, quia omnipotens Deus non solum in omnibus gentibus, verum etiam in omnibus mundi quem ipse fecit subjectorum spiritum partibus principatur; beatus archangelus unus ex septem in conspectu Domini semper assistentibus, qui etiam et paradisi præpositus salvatorum animas in pacis regione collocaturus legitur, post eam manifestationem qua se in [a] monte Gargano ad adorandum ac glorificandum quomodo et qualiter voluit, sicut in scriptis habetur, ostendit; his, ut comprehensum est, per beatum archangelum patratis, illuminatis Christi gratia cunctis gentibus, in orientalibus Romaniæ partibus accipe quibus sese indiciis manifestare idem beatissimus princeps civium supernorum voluerit præsulem occidentalium populorum : ut qui quondam benedicto in patriarchis populo Israelitico defensionis attribuerat opem, ipse custos existeret ac prævius vocatis filiis per adoptionem. Namque legitur in visione Danielis prophetæ dicente eidem angelo : *Nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael archangelus princeps vester* (*Dan.* x, 21). Princeps, inquit, vester, populi videlicet Judæorum. Christo vero Domino in propria venienti, atque a suis non recepto, quin potius prodito, ipso ad Patrem remeante, dum aboletur observatio priscæ legis, constabilitur annuntiationis evangelicæ admirabile sacramentum, dum exeunte per omnem terram sono apostolorum, cæremoniæ transferuntur sacrorum per ministeria angelorum. Aiunt etenim historiæ ecclesiasticæ quod post passionem et ascensionem Domini ad cœlos, post diu exspectatam Israelitarum plenitudinem, cum appropinquaret tempus desolationis civitatis et templi quam Salvator sacro venturum prænuntiaverat eloquio cum fletu humanitatis, Ecclesia apud Hierosolymam monitu Divinitatis per cunctum orbem gentibus evangelizatura diffunditur. Cumque congregatus undique ex omnibus locis populus Paschalis festivitatis præstolaretur diem, sacerdotibus solitas excubias observantibus, voces subitas vigiles audivit dicentes : Migremus ex his sedibus. Voces vero subito per angelos emissæ, quæ enuntiaverunt beatorum spirituum demigrationem, angelicum ministerium insinuarunt ad Ecclesiam gentium transferendum. Ex quibus patenter insinuatur quod beatus Michael archangelus ministerium quod exercuerat in Dei quondam populum, eumdem sortitus sit apud gentium electionem. Hæc ita esse devotio credit fidelium propter ostensionem signorum. Notum enim se fieri voluit mortalibus ætatis nostræ temporibus, quo se humanum genus in electorum spirituum societate cognosceret devocatum. Denique advertendum est quo mysterio locum mortalibus præviderit in partibus occiduis, ubi ex omni orbe confluit veneranter angelicum imprecatura subsidium religiosa multitudo fidelium.

### CAPUT II.

*De situ loci.*

Hic igitur locus [b] Tumba vocitatur ab incolis, ideo quod in morem tumuli quasi ab arenis emergens in altum, in spatio ducentorum cubitorum porrigitur, Oceano undique mari cinctus locus, angustum admirabilis insulæ præbet spatium inter ostia situs, ubi immergunt se mari flumina Segia [*Al.*, Sei; *vulgo* Sée], necnon et Senuna (*Selune*); præbens quoque habitantibus hinc inde non breve nimium spatium. Longitudine vero ac latitudine a radice qua prominet non multum distat (ut conjicitur) ab eo opere quo salvatum, imo servatum est humani generis incrementum (*Id est*, arca Noemi). Qui ab Abrincatensi urbe (*Avranches*) sex distans millibus, occasum prospectans, Abrincatensem pagum dirimit a Britannia. Nulla ibi exerceri valet actio mundalis; his solis congruus exstat locus, qui Christum sedule venerari disponunt : et hos suscipit, quos ad æthera ardens virtutum amor evehit. Copia tanta piscium ibidem reperitur, quæ plerumque fluminum marisque infusione congeritur. Procul vero cernentibus nihil aliud fore quam spatiosa quædam, imo speciosa turris videtur. Sed et mare recessu suo devotis populis his inde desideratum iter præbet beati petentibus limina archangeli Michaelis, qui primum locus, sicut a veracibus cognoscere potuimus narratoribus, opacissima silva claudebatur longe [c] ab Oceani (ut æstimatur) æstu millibus distans sex, altissima præbens latibula ferarum. Et quia secretiora cœli per contemplationem subtilita-

[a] Mons Garganus sexto milliari distat a Siponto novo seu Manfredonia, Apuliæ urbe maritima, Gelasio I summo pontifice sancti Michaelis archangeli apparitione et cultu consecratus.

[b] Montem *ad duas Tumbas* appellabat Odo abbas Glannafoliensis in epistola ad Adelmodum, et alii quidam, ob duas videlicet montis crepidines, de quibus infra. Hic mirari subit audaciam pseudo-chronologi sub nomine et larva Lucii Dextri, qui hæc omnia ad Hispaniam detorquet, ad annum Christi 526.

[c] Codex Chesnianus habet : *ab Oceano (ut æstimatur) octo millibus distantibus*, etc.

Altro esemplare dalla Patrologiae cursus completus Del Mignè